



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Fugacitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A Hoc enim est maleficum Serpentem, qui clam insidiis excubat, è latebris extrahere, extractumque interficere, interfectum denique devorare.

FUGACITAS. CAP. IV.

Fugitivum dubio procul hieroglyphice notare qui vellent, currentem Cervum describebant. Eavero fugacitas Cervo natura insita. Hinc Lucretius: *Et fuga Cervus à patribus datur, & patrius pavor incitat artus.* Quam vero pedum alacritatem in Achille fuisse auctores tradunt, ut *πρόδραχης, κέχθαι* Achilles *πρόδραχης* passim ab Homero vocitetur, sunt qui autem inde partum, quod ejus infantia sub *quære sic dicitur.* Chirone fuerit Cervorum medullis plurimum enutrita. Porro illum affecutum esse Cervos absque Canibus, & retium insidiis, Pindarus in Nemeis canit:

κρίνοντ' ἐλάφους ἀνδρῶν κνωῶν, δουλίων θ' ἐγκέων.

Nam de agilitate Cervi superfluum est verba facere, cum scriptis omnium in primis celebretur, præcipue vero κατ' ἐξοχὴν quandam, Laconum chorus, Aristophanica Lyfistrate dicat, saltandum pedibus est tanquam Cervus aliquis. Sed quod de Achillis nutrimento & nomine positum est, Nazianzenus Achillem dicitur ait, quod sine cibo fuerit educatus: *χυλός* enim cibus & succus est: ille vero crudis tantum ferarum artubus pasci fuerit asuetus. Sed & quod de Chironis institutione circumfertur, mirum ab Homero nusquam hujus rei mentionem fieri, cum tamen Apollonius, & qui post Homerum fuerunt Poëtæ plerique omnes educatum Achillem à Chirone tradant. Addam hic Telephum Herculis & Auges filium, quem Alæus Auges pater in Panthium montem exposuerat à Cerva educatum esse, ut apud Lycophronis interpretem habetur, quod & nomen ipsum ostendere videtur: Cervi quippe nutricatum significat.

INTERQUIESCENS. CAP. V.

Quamvis autem cursum perniciosissimum Ægyptii ex Cervi currentis specie intelligi monuissent, quia tamen is requiem inter currendum aliquam facit, consistensque manet, dum qui sequitur appropinquet, tum fugam item arripit, factum est, ut hominem aliquam laboribus suis requiem interponentem significare si vellent, currentem quidem Cervum pingerent, sed retro spectantem, cum in solius tantum fugacitatis significato caput surrectum statuerent, ut cornua per dorsum demissa residerent. Ideo vero Cervus dum fugit interquiescere cogitur, quod tenui imbecilloque est intestino, quod leviter etiam percussum rumpi possit, cute adhuc integra permanente. Denique imbecillum adeo animal est Cervus, ut tactus ab aspalatho (ea est spinæ species) emoriatur. Verum hoc & alia de causa, & alio etiam potest modo pingi, quippe si tres pluresve Cervos natantes feceris capitibus alterius clunibus impositis, atque eorum primum avertentem se quasi ad postremum locum: quo quidem officio mutuo se adjuvant, cum ex Sicilia transferant in Calabriam per æstatem, pabuli gratia: idque plurimum juxta urbem Rhegium, qui propterea quod onus capitis super aquas exstantis haud facile sustinet, inter natandum singuli super anterioris lumbos caput imponunt: dux vero cum defessus est ad ultimum transit locum, atque ita mox alius atque alius labore cum quiete communicato, incolumes transeunt. Si cui tamen quod superius positum est hieroglyphicum magis placuerit, res in medio posita est.

FORMIDO. CAP. VI.

Stuporem præter hæc, formidinemque per Cervum & puniceas pennas prætentas significari omnibus innōtuit, tam ex iis, qui Animalium historias conscripserunt, quam ex Virgiliano carmine, qui Turnum attonito quodam pavore percussum Cervo æquiparat *punica sepio formidine penna.* *Virgil lib. 5, Georg.* Libet vero loco hoc de pennis ad Cervorum formidinem excogitatis historiam enarrare, quæ non tantum Virgilii carmen explicabit, verum etiam hieroglyphico huic argumento plurimum afferet claritatis. Narrabat mihi Jo. Antonius Pollio Geloum Princeps, Pontificii contubernii mihi socius, stare *Cervorum venationis* adhuc in Sicilia hanc venationis antiquæ rationem, quæ sic fieri soleat. Nobiles ubi renunciatum fuerit Cervorum greges usquam oberrare, alter alterum invitantes prope conveniunt, afferuntque *se. antiquæ ratio.* cum Scorpionem aut arcum singuli, & fatisculū virgarum, quæ omnes ferrea cuspede præpilatæ sint: *quorum*

L

quorum